

erit sacerdotis, qualiter eam viderit posse; et ita ei ciborum abstinencia imponatur^a.

Similiter^b et vir habens uxorem si adulterium perpetraverit, faciat, post^c triennium^d communicet^{b.1}.

b. Si cuius uxor adulterium perpetraverit, et^e a viro deprehensum fuerit et publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propter fornicationem. illa vero, secundum^f quod superius² insertum est,^g agat poenitentiam^f. vir vero eius illa vivente nullatenus habeat^{h.i} licentiam aliam ducere uxorem^h. aut^k, si^k voluerit adulteram sibi reconciliari^l, licentiam habeat, ita tamen ut pariter cum illa et^m poenitentiam agat et exacta poenitentia adⁿ communionis gratiam, sicut superius³ habetur^o insertum,^p accedantⁿ.

Similis forma et in muliere servabitur: si eam^q vir eius^q adulteraverit^r, habeat^{s.t} potestatem dimittendi virum propter fornicationem, maneat^u innupta, quamdiu vir eius vixerit; quia nec ille habet potestatem accipere^v aliam^v prima vivente, nec illa^w primo. habent tamen potestatem semet ipsos reconciliari^{x.s}.

XXIIa.

Rubr. Reg. 2, 131: Si non sociati coniugio fornicati fuerint.

Si qua mulier non habens virum aut vir non habens uxorem fornicati^a fuerint^a, quinque^b annos^{b.4} poeniteant.

XXIIb.

Rubr. Reg. 2, 132: Quodsi unus absolutus et alter copulatus adulterati fuerint.

Quodsi vir non habens uxorem cum alterius uxore

XXI. b) Similiter — communicet *om. R.* c) id est per *B.* d) non *ins. B*; *cf. n. c.* e) hoc *ins. B. R.* f) VII annis publice poeniteat *R.* g) publice *ins. B.* h) aliam accipiat *R.* i) habebit *B.* k) quodsi *B. R.* l) reconciliare *Th.* m) *om. B. R.* n) post VII annos ad communionem uterque accedat *R.* o) continetur *B.* p) utrique *ins. B*; *cf. n. n.* q) vir eius eam *Th.* r) adulteravit *R.* s) habeat — reconciliari *om. R.* t) habet *B.* u) tamen *ins. B.* v) aliam accipere *B.* w) alium virum ducere vivente adhuc *ins. Th.* x) reconciliare *Th.*; *cf. n. l.*

XXIIa. a) fu. forn. *R.* b) tribus annis *R.*⁵

1) Zur Sache vgl. oben c. 16. 2) In c. 21a, welches im gedruckten Cap. II. Theodulfi grossentheils fehlt, während auch Regino (vgl. N. f) es wohl vor sich gehabt haben muss. 3) In c. 21a. 4) Die fünf Jahre aus conc. Eliberit. c. 14 i. f. Hispana (Migne l. c. col. 303)? 5) Die drei Jahre wohl aus Pseudo-Beda c. 1 § 1 i. f. (Wasserschlehen, Bussordn. S. 258), vgl. Reg. 2, 135.